

culcavi. Ad hoc nesci ab eo damnus  
passi dixerunt. Cur debuistis domine  
pro his damnari: cum vobis h' puro  
corde dimiserim? At ille vestra remis-  
sio non sufficit mihi ad salutem. quia  
ditior eras ad soluendum q' vos ad re-  
laxandum. hec dices insit damna re-  
stitui. et sic decessit. **E**xemplu aliud  
de beata virgine. Fuit quidam vir nobil'  
sed tyrannus totus erga suos et alienos  
ut omnes vindictam peterent a deo de  
eo. et hunc contigit infirmari ad mortem  
Qui aduocans ep'm loci illi' pure con-  
fessus e' a q' petiuit ut sibi sanitatē apud  
deum impetraret. Qui ep's (q' bonus  
erat) obtinuit sibi sanitates. p'stita t'n  
prius fide q' de cetero nemine legeret  
Quo conualescete ampl' idifferenter  
omnes lesit. ita ut non solum ei s' etiā  
episcopo omnes maledicerēt. Post h'  
iterum infirmatus e' et oppressus igne  
sacro sicut prius a deo ut omnia eius  
membra arderent. et ut de vita despe-  
raret. Vocauit igitur episcopu p'mit-  
tens satisfactionē de fide nō seruata  
ut iteru san' fieret. qui renuit recedēs  
cū indignatione. Appropinquāte autē  
morte clamauit. et beatā virginē iuoca-  
uit et respiciens in celū vidit i' aere pen-  
dentē filiū dei omnipotētis in cruce et  
matrem suā sibi astantē et orātem. p' se  
At ielus ait. Mater nō possum facere  
Ecce enim rursum crucifixi me et ostēdit  
ei cicatrices sanguineas. Quod vidēs  
peccator igemuit exclamās voce mag-  
na. O bone iesu si te crucifixi peccatis  
meis: matrem tuam semper ho-  
norauit. ieiunauerat enim omni sabbato  
ad honorē beatę virginis. Cūq' sic cla-  
maret audiuit vocē iesu dicentē matri  
orāti. Ecce mater tua dedit eū t' et sanat' est  
Qui postmodū ablata resituit et vitā  
emēdauit et laudabili fine q'euit.

**I**ncipit expositio super Symbo-  
lum apostolorum.

**F**ides qui a  
diuinitate et credit in menō  
morietur in eternum.  
Joh. xi. Sciendum q'  
fides frequenter est p'  
dicanda fidelibus et ab eis diligenter  
custodienda: quia est fundamentum  
omnis boni. Unde Apostolus. Fun-  
damentum aliud nemo potest ponere  
preter illud quod positum est: quod e'  
iesus christus. id est. fides christi Au-  
gustinus. Fides e' bonorum fundamē-  
tum. fides est humane salutis initium  
sine hac nemo ad filiorum dei nume-  
ruz potest peruenire Hebr. xi. Im-  
possibile est sine fide deo placere. Er-  
go ut deo placere possimus: debem'  
habere fidem rectam integram et fir-  
maz. Quia s'm aplm ad Hebr. xi. x.  
Iustus ex fide uiuit. Cū etiā Chryso-  
in tractatu de symbolo. Fides religio-  
nis catholice lumē est anig. hostiū vite  
fundamētuz salutis eterne. Nos igit'  
de fide ecclesie sum' locuturi. Tūc sci-  
endū q' i' symbolo aploz sūt. xj. articlī  
s'm numerū aploz: a q'bus cōpositū  
est. Nā duodecim apli cōgregati de-  
scripserūt duodecī articulos fidei i' p'  
mo cōcilio. de q' habet actū. xv. Lu-  
ius p'ma diffinitio fuit data p' beatum  
Petrū. Sed beat' paulus nō habet  
ibi q' tūc adhuc nō fuit elect' i' aplm  
Et p'm' articl' p'tinet ad p'tez. et alij sex  
ad filiū. et q'ng' vlti ad sp'm sctm. Pro  
q' notādū q' null' hōim dubitare tēt s'  
q'libz christian' tenet credere t'nitates  
p'sonarū. et vnitatem essentię diuine.  
Nec tamen curiose p'scrutanda est be-  
ata trinitas: sed simpliciter credenda

## De symbolo apostolorum xxii

Verū. Scrutari hanc meritas ē cre-  
dere pietas. nosse vita eterna. **H**ec  
autem beata trinitas multipliciter p-  
batur. Primo per sacram scripturas  
Unde dicit Gen. j. Faciamus homi-  
nem ad imaginē et similitudinē nostrā  
hoc est verbum patris ad filium et spi-  
ritum sanctum. Faciamus enim signat  
pluralitates personarū imaginem in  
singulari signat vnitatem essentie. Item  
probat per autoritates angelicā. **U**n-  
dicitur Esa. vj. Sanctus sanctus san-  
ctus dominus deus sabaoth id ē. deus ex  
ercituum. plena est omnis terra gloria eius.  
Sic enim canunt angeli in celo. dicunt  
enim ter sanctus sanctus sanctus. ad  
designandū trinitatem personarū. po-  
simodum dominus deus ad designā-  
dum vnitatem essentie. Item probat  
per Aplm. j. Job. v. Tres sunt qui te-  
stimonium dant in celo. pater verbum  
et spiritus sanctus. et hi tres vnum sūt.  
**C**hristus in euangelio dicit vt habet  
matt. vlt. Baptizantes vos in no-  
mine patris et filij et spiritus sancti. Item  
cognoscitur in creaturis. non tamen  
plene cognosci potest in aliqua crea-  
tura. Primo cognoscitur in sole. **U**n-  
de Aug. dicit. Tria sunt in sole. scili-  
cet quod est. id est. substantia. quod lu-  
cet. id est. splendor. quod calet. id est.  
calor. Et calor procedit a sole et a splē-  
dore sic ē de trinitate. Quia spiritus san-  
ctus. procedit a patre et filio. Item in  
aqua. Verbi gratia. Fons est per  
se. rivulus fluit a fonte. stagnum ge-  
neratur ab utroque. Item si speculum  
ponitur in aquam clarā contra so-  
lem: tunc tres soles apparent. vnus  
in celo et duo in radio. Sic inspicien-  
do sacram scripturam inuenimus tri-  
nitates personarum et vnitatem essen-  
tie. Item magnitudo creaturarū et pul-

chitudo et utilitas creaturarū ad tri-  
nitatem pertinet in magnitudine de-  
notatur dei patris potentia. in pulchri-  
tudine dei filij sapientia. in utilitate spi-  
ritus sancti bonitas. **Q**uerit circa pre-  
dicta quare omnipotentia plus appro-  
priatur patri quā filio vel spiritui sancto.  
cum tū sit vnus omnipotens. **U**nde  
anastasius. Omnipotens pater. omni-  
potēs fili. omnipotens spiritus sanctus.  
Et tamē non tres omnipotentes: sed  
vnus omnipotēs. **R**espōdeo sūm Au-  
gustinū de trinitate. **U**nde in creatu-  
ris solet notari defectus potentie in pa-  
tre propter antiq̄tatē. In filio solet no-  
tari ignorātia propter iuuetutē et inexpien-  
tiā. Et nomē spiritus sancti sonare ve-  
hemētiā. **U**n̄ Esa. ij. Quiescite ab ho-  
mine cuius spiritus in naribus eius. Et ne pu-  
tet sicut ē in diuinis sicut in creaturis.  
Patri nō solū attribuit potentia sed  
omnipotentia: ne videat senior. Et ob hoc  
dicit in symbolo. credo in deū patrē om-  
nipotentē. Et filio attribuit nō solū sapi-  
entia: sed etiā oīs sapientia et scia ne vi-  
deat minor et minor sciēs aut minor exp-  
tus. Spiritus sancto attribuit bonitas:  
ne putet crudel aut vehemēs. **U**n̄ ps.  
Spūs tuus bonus deducet me in terrā re-  
ctam Eccl. xiiij. Spūs meus sup mel  
dulcis. **D**e primo articulo fidei.  
**C**redo in deū patrē omnipotentē. **C**  
creatorē celi et terrę. **I**stū p̄mū  
articulū ponit beatus Petrus  
apls i q̄ continet distincte tres credite-  
ritates. **Q**uar p̄ma ē de diuina vni-  
tate. **C**ū dic̄. Credo in deū in singulari  
et nō in plurali. **S**ecda de diuina omipote-  
tia. cū dic̄. patres omnipotentē. **T**ertia de  
mūdi creatiōe. cū dic̄. cre. ce. et t. **C**redo  
in deū. **C**irca quod notandū q̄ est dif-  
ferētia iter credere in deo. et credere deū  
et credere in deum. **S**ecūm magistrum

sententiaꝝ lib. 2. di. xiiij. qui dicit:  
**C**redere deo ē credere vera esse q̄ loq̄  
tur deo. qd̄ etiāz mali faciūt. 7 nos cre-  
dim⁹ hōi: s̄ nō in hōinē. **C**redere deuz  
ē credē q̄ ipse sit de⁹. qd̄ etiā mali faci-  
unt. **Q**uia s̄m beatū Jacobū. **D**emo-  
nes credūt et cōtremiscūt. **C**redere in  
deū ē credendo deū amare p̄ affectuz.  
7 credēdo in eū ire. scz p̄ bonū opus. et  
credēdo ei ad herere quātū ad toleran-  
tiā mali. 7 credēdo christi mēbris icor-  
porari quātum ad dilectionē pximi.  
**P**atrē oīpotentē. hoc est valde dulce  
verbū hōi fideli. **M**agna enī spes da-  
tur hōi in verbo illo. **P**atri enī nunq̄  
pōt deesse bona volūtas ad filios. pre-  
cipue cū ipse s̄m Aplm̄ ē pater miseri-  
cordiarū. **E**t s̄m dictū **E**saie. xlix. **M**i-  
nus obliuiscat filioꝝ suoz q̄z mat̄ car-  
nalis. **S**ic enī ait. **N**unq̄d pōt mater  
obliuisci infantē suū vt nō miseriatur  
filio vteri sui. **E**t si ipsa oblita fuerit:  
ego tū nō obliuiscar tui. i. maib⁹ meis  
descripsi te. **C**ū aut̄ oīpotens sit nō pō-  
test ei deesse potestas nō implendo bo-  
nā volūtatē quā habet ad filios. **C**ō-  
tra hoc verbū vident̄ peccare q̄ dereli-  
quūt deū p̄ iniustiarū rerū acquisitio-  
nem et adherēt diabolo nō restituēdo  
res iniustas: credentes se fame mori si  
deo cōfident̄ seruiret. **V**ident̄ enī cre-  
dere q̄ diabolus melioris volūtatē vel  
potestatis sit ad puidēdū eis qui sibi  
seruiūt q̄z deus. **Q**uō ergo et cū qua-  
li fiducia dicunt tales i. s̄m b̄olo. **C**re-  
do in deū patrez oīpotentem creatorem  
celi 7 terre. id est. s̄m Aug. creatorem  
oīuz rerū visibiliū 7 inuisibiliū. **S**ciē-  
dum circa hoc q̄ deus creauit tripli-  
cem creaturā. scilicet pure spirituales  
vt angelos. pure corpales vt elemēta  
celuz terrā lapides ligna 7 sic de alijs  
**E**t creaturam p̄tim spirituale 7 p̄tim

corpalem vt hōinēz cuius anima est  
creatura spiritualis. corp⁹ hō ē crea-  
tura corpalis. **N**ota differētiā inter  
creare 7 facere. **C**reare est ex nihilo ali-  
quid facere. **E**t hoc est impossibile s̄m  
Aristo. q̄ dicit. j. de ḡnitione et corru-  
ptione. **E**x nihilo nihil fit. **E**t p̄pterea  
idē Aristo. viij. phisi. dicit mundū ab  
eterno fuisse: sed a deo creatū. **U**nde  
Deñ. j. **I**n principio creauit de⁹ celuz  
7 terrā. **S**ed facere est ex aliquo aliqd̄  
facere. **E**t creare solū p̄tinet ad deum.  
**C**ōtra hūc articulū sunt manichei. q̄  
dicūt visibilia esse creata a p̄ncipe te-  
nebrarūz. **I**nuisibilia hō a deo. **Q**ue  
heresis ē odibil̄ deo 7 hōib⁹. **D**eo. q̄a  
talis heresis deo suuz dominū dimi-  
nuit dū visibilia eius dominio s̄tra-  
hit. hōib⁹. q̄z cōtumeliā eis facit dūz  
eos expte ex qua visibiles sunt diabo-  
lo attribuit. imo talis heresis dehone-  
stat omnes visibiles creaturas dum  
eas dicit a diabolo esse creatas. **E**t  
cōsideratione illi⁹ articuli hō diriḡit  
ad tria. **P**rimo ad gr̄azaciones. q̄a  
exq̄ deos ē creator oīum creaturarum  
certū ē quicqd̄ sum⁹ vel habem⁹ a deo  
habemus. j. **C**or. iij. **Q**uid habes qd̄  
nō accepisti: p̄s. **D**omini est terra ple-  
nitudo eius. **S**ed ex quo omnia a deo  
habemus: tunc merito tenemur ei gra-  
tiarum actiones reddere 7 referre. p̄s.  
**Q**uid retribuam domino pro omni-  
bus que retribuit mihi: **C**hrylsto.  
in sermone quodā. **L**iberalissimus est  
deus. **Q**uanta tibi largitus est ad su-  
stentationem. quanta ad eruditionēz  
quanta ad correctionem. quanta eti-  
am ad delectationem. **E**t hęc omnia  
gratis dedit. **S**ecūdo inducimur  
ad bene vtendum rebus creatis. **N**ā  
creaturis debem⁹ vt̄ ad hoc ad quod  
create sūt. **S**unt aut̄ create ad duo.

## De symbolo apostolorum xxii

Primo ad gloriam dei. Proverbio, xi. **U**niusa propter seipsum. i. ad gloria sua opat' e' de'. Secdo create sunt ad utilitate hominis. Debemus ergo vti creaturis ad honorem dei et utilitate propriam. Sed heu plures sunt qui non regratiat' deo de creaturis suis. imo sepius abutunt' donis dei. Unde Aug' de ciuitate dei. Quisquis beneficia dei non videt. cecus est. nec laudat. ingratus est. Quisquis in laudando reluctatur: insanus est. Sciendum etiam quod illi multum se timere debet qui male vtuntur creaturis et donis dei. quia de his districtam reddituri sunt rationem. Unde Chrysost. super Mat. In die illo nihil est quod respondeamus: vbi celum et terra sol et aqua et luna dies et noctes et mundus totus stabit aduersus nos in testimonium peccatorum nostrorum. Et si omnia tacerent tamen ipse cogitationes nostre et ipsa opera specialiter stabunt ante oculos nostros accusantes nos ante deum. Dicente Aplo. Cogitationibus inuicem accusantium. Tertio inducimur ex isto articulo ad cognitionem humane dignitatis: quia deus omnes creaturas creauit propter hominem: et subiecit eas homini. Gen. i. Dominamini piscibus maris. ps. Omnia subiecit sub pedibus eius. Est ergo homo tante dignitatis quod debet p'ssere omnibus creaturis et subesse deo. **D**e secundo articulo. **E**t in iesum christum filium eius unicum dominum nostrum. Iesu secundum articulum descripsit sanctus Iohannes aplos etiam euangelista. Qui post dictum beati Petri aplos adiu'xit et in iesum christum etc. Et quidem conuenienter illi articuli descriptio fuit sibi data: cui maiestas verbi in cagna fuit reuelata: vt p'sona filij explicaret

in secundo articulo fidei christiane. Qui postea dixit in euangelio quod scripsit. In principio erat verbum et vbium etc. Et nota dum quod beatus Iohannes in illo articulo primo dicit iesum qui interpretatur saluator: per h' designat quod ipse est qui vult omnes homines saluari. Secdo dicit christum. per h' designat quod non solum est saluator: sed etiam magister: quod christus interpretatur vnctus: et vnctio dicitur de omnibus. **P**ro quo sciendum quod magister noster christus docet nos primo humilitate superbia dicit Mat. x. Discite a me quod mitis sum et humilis corde. Aug' de verbis domini sermone. xj. Discite a me inquit dominus non mundum creare. non visibilia et invisibilia cuncta creare. non in isto mundo mirabilia facere. vel mortuos suscitare. sed quod mitis sum et humilis corde. Secundo docet nos dilectionem inimicorum propter inuidiam Mat. v. Diligite inimicos vestros. bene facite his qui vos oderunt. et orate pro persecutibus et calumniatibus vos vt sitis filij patris vestri qui in celis est. Tertio docet nos orare et in tota oratione orare. et hoc est contra somnolentiam. Mat. xxvj. Vigilate et orate ne intretis in temptationem. Aug'. Oratio tua locutio est ad deum. Quando legis deus tibi loquitur: quando oras cum deo loqueris. Aug' in sermone. Oratio orantis est subsidium. deo sacrificium. demonibus autem flagellum. Quarto docet temporalia relinquere contra auariciam Luc. xiiij. Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Beda super verba predicta. Discat inquam renunciare omnibus et relinquere omnia quia renunciare conuenit omnibus qui ita licite vtuntur mundanis que possident et cum mente tendunt ad eterna. Relinquere est tantummodo perfectorum qui et omnia temporalia postpo-

nunt: et solis eternis inbiant. Quarto docet operari opa bona et meritoria sine accidia. Job. ix. Operamini dum dies est: quia venit nox quando nemo operari potest. Bern. de consideratione. Si labor te terret merces inuitet. Unusquisque enim secundum suum proprium laborem mercedem accipiet. Leo papa in quodam sermone. Non dormientibus regnum celorum pervenit: nec otio nec desidia torpentibus beatitudo eternitatis repro mittitur. Sexto docet tribulationes et adversitates patienter sufferre. Mat. v. Si quis te percusserit in unam cheek. Item Luc. xxi. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Greg. super evangelio. Cum audieritis prelia. Patientia est aliena mala equanimiter perferri: contra eum qui mala irrogat nullo dolore moveri. Septimo docet omnes peccatores penitentiam agere. Dicit Mat. Nisi penitentiam egerint. Aug. de verbis domini sermone. lxx. Tempus quo non penitemus vertit nobis in iudicium tota enim vita est tempus penitendi.

**S**equitur filium eius unicum. Ubi debemus credere quod christus est unigenitus et verus filius dei: et quod fuit cum patre eternaliter et quod est alia persona a patre et quod est unius nature et substantie cum patre.

**S**equitur dominum nostrum. Ubi sciendum quod libenter debemus eum habere pro domino propter quinque conditiones eius. Primo quia est nobilis. Lu. j. Altissimi filius. ps. Magnus dominus et laudabilis nimis et magnitudinis eius non est finis. Secundo quia mansuetus: ergo agnus nominatur. Job. i. ubi dicit Johannes baptista. Ecce agnus dei. Esai. liij. Tanquam ovium coram tondente se obmutescet. Tertio quia fortis ad protegendum et liberandum nos a malo. ps. Deus protector vite

mea: a quo trepidabo. Quarto quia nos creavit. ps. Ipse fecit nos: et non ipsi nos. Insuper nos redemit proprio sanguine suo. Apl. Empti estis pretio magno. Quinto quia largus est ad remunerandum servos suos. Aug. li. xxij. de civitate dei. Ipse deus erit finis desideriorum nostrorum: qui sine fine videbitur sine fastidio amabitur sine fatigatione laudabitur. Item Aug. in eodem libro. Quod deus preparavit diligentibus se: fide non capitur. spe non attingitur. charitate non comprehenditur. desideria et vota transgreditur. acquiri potest: estimari non potest.

**D**e tertio articulo.

**Q**ui conceptus est de spiritu sancto natus ex Maria virgine. Hunc articulum ponit Jacobus maior frater iohannis qui fuerunt filii zedebei. In quo articulo ponit duas distinctas veritates. Primam de christi conceptione cum dicit: Qui conceptus est de spiritu sancto. Secundam de eius benedicta natiuitate cum subdit: natus ex Maria virgine. Ubi sciendum est quod non solum necessarium est christiano credere filium dei: sed etiam necessarium est credere eius incarnationem per quam nobis visibilis apparuit. Baruch. iij. Post hec in terris visus est: et cum hominibus conversatus est.

**Q**ueritur quomodo in incarnatione christi facta sit: Respondet quod postquam angelus Gabriel fuit missus ad virginem Mariam: ut habet Lu. j. Et Maria credidit et consentit: tunc spiritus sanctus superuenit in eam et eam sanctificavit et secundavit et formavit instanti de purissimo sanguine virginis Marię: vel ut alij dicunt de purissimis humoribus eius corporis christi: et in eodem instanti in quo formatum est corpus: creata est et anima ex nubi-

## De symbolo apostolorum xxii

lo. 7 in eodem instanti coniuncta ē cor-  
pori organicato. Et illa duo corpus 2  
anima simul mox fuerunt deitati vni-  
ta in dei filij persona. Item sciendum  
fm Henr. de firmaria q̄ tota trinitas  
illam incarnationem operata est. quia  
opera trinitatis ad extra sunt indiuisa.  
Nam ibi fuit potentia patris: que sta-  
tim corpus formauit 2 animā creauit.  
2 illa duo diuinitati vnūit i illo mo-  
mento cum dixit. Ecce ancilla domini  
hoc non potuit facere potentia alicui  
creature. quia omnis creatura in sua  
operatione requirit tempus. sicut fir-  
mamentū requirit diem vt moueatur  
ab oriente in occidentem. luna ad cō-  
plementū sui cursus requirit mensem  
sol integrum annus. homo in determi-  
nato tēpore formatur in vtero matr̄.  
In conceptione autem christi opera-  
ta est potentia patris. quia in instāti  
cōceptionis completa fuit. Item ope-  
rata est ibi sapientia filij. quia ibi cor-  
pus suum optime disposuit et omnia  
membra decenter ornauit. ps̄. Speci-  
osus forma p̄e filij hominū. Item ope-  
rata est gratia spiritus sancti: q̄ cō-  
ceptionem illam mundam ab omni  
peccato reddidit. Quod nō est factū  
in aliquo puro homine. Licet enī ali-  
qui nati sunt sine peccato 2 sanctifica-  
ti in vtero matris. Sicut beata virgo  
Maria. Johannes baptista. Hiero-  
nimas. tamen in peccato originali sunt  
cōcepti: 2 fm rationē semialē descen-  
derunt ab adā. Christus autē non so-  
lum natus s̄ etiā cōceptus fuit sine pec-  
cato. Aug. Solius redēptoris est eē  
sine peccato. Hec Henr. de firmaria  
sup̄ symbolū. Querit quare cōceptio  
christi potius attribuitur sp̄i sancto:  
Rūdeo fm Henr. de firma. q̄ intētio  
denotat opationem. Christ⁹ autē hac

intentione carnē assumpsit vt miseris  
2 afflictis subueniret. Et q̄ bonitas  
2 misericordia attribuitur spiritui san-  
cto: ideo de spiritus sancto cōcept⁹ ē: hęc  
ille. Item dicitur de spiritus sancto cō-  
ceptus vt p̄ hoc excludātur corpales  
admixtiōes. Unde canit. Non ex vi-  
rili semine: sed mystico spiramine. Itē  
sciēdū q̄ quīs tota trinitas operata  
sit incarnationem: solus tamen filius  
est incarnatus. vt dicit beatus Aug.  
in libro de fide ad Petrū. Et beatus  
Aug. ponit tale exemplum. Si tres  
puellę tenerent vnā tunicam: 2 illas  
vna ex illis indueretur: tunc illa indu-  
itio fieret a tribus puellis. 2 vna illa-  
rum eam sola indueretur. Et ali⁹ do-  
ctor ponit tale exemplum. Si tres sc̄s  
petrus. iohannes. andreas simul age-  
rent rubricando andream. rubricatio  
andree fieret ab his tribus simul. at-  
tamen solus andreas rubicaretur.

Sequitur. Natus ex Maria virgi-  
ne. Virgo maria virgo concepit. vir-  
go peperit. 2 post partum virgo pmā  
sit. Queritur quare christus natus sit  
de virgine: Respondeo fm Henr. de  
firma. Triplex est status humane na-  
ture: conugal. vidual. virginal.  
primus bonus. secundus melior. ter-  
tius optimus. Quid q̄d autem est op-  
timū deo attribuit. ideo cōueniēs sit  
it vt de virgine nasceretur. Et in hoc  
etiā ostendit christus excellentiam  
status virginitatis Aug. Vnius san-  
cte virginis partus omnīū sanctarū  
virginū est decus. Secūdo fm alius  
doctorem. Sicut p̄ Euā ḡginē facta  
est perditio: sic econuerso per Mariā  
ḡginē debuit fieri repatio. Unde ca-  
nitur. Paradisi porta per Euam cun-  
ctis clausa est. 2 per Mariam virginē  
iterum patefacta est. igitur. Tercio

vt veritas prophetie adimpleret **E**saie  
vij. **E**cce virgo concipiet et pariet filium  
Sciendum etiam quod circa hunc articu-  
lum **O**rigenes erravit qui dixit quod christus  
ad hoc natus est: et ad hoc venit ut  
non solum saluaret homines: sed etiam  
demonas in fine mundi: hoc est autem  
contra dictum christi. **M**atth. xxv. **I**te  
maledicti in ignem eternum qui para-  
tus est diabolo et angelis eius. **A**d remo-  
uendum hunc errorem patres sancti  
addiderunt in simbolo quod canitur  
in missa. **Q**ui propter nos homines et  
propter nostram salutem: et non propter de-  
monas.

**D**e quarto articulo.

**P**assus sub pontio pilato: cru-  
cifixus mortuus et sepultus.  
**I**stum articulum secundum **H**enricum  
de firmaria posuit beatus **A**ndreas.  
**Q**ui quidem articulus necessarius est  
ad salutem. **N**am sicut debemus cre-  
dere incarnationem filii: ita necessarium  
est credere passionem et mortem eius  
**Q**uia secundum **G**regorium. **N**ihil nobis  
nasci profuit: nisi redemi perisset. **I**n  
quo quidem articulo beatus **A**ndreas  
describit quattuor veritates.  
**P**rima est de christi passione: pro-  
ut christus antequam fuit crucifixus pas-  
sus est: scilicet flagellatus illusus con-  
spuitus: a lapis cesus: velatus facie: co-  
liphicatus et spinis coronatus. **E**t hoc  
notatur cum dicitur: passus sub pon-  
tio pilato. **S**ecunda est de christi cru-  
cifixione. **T**ertia de christi morte. **Q**uar-  
ta de sepultura. **E**t quidem ille verita-  
tes sunt distincte. **P**robatum quia ho-  
ra matutinali fuit passus usque ad ter-  
tiam: et hora sexta crucifixus: et hora  
nona mortuus: et hora vespertina sepul-  
tus. **I**tem aduertendum circa passio-  
nem christi. **P**rimo quis patitur? **R**es-  
pondeo dei filius summe bonus. **S**e-

cundo quid et qualia patitur? **R**espon-  
deo patitur in rebus exterioribus spo-  
liationem: quia nudus pendit nec  
hausit aquam habuit. **I**n corpore ama-  
rissimam afflictionem. **Q**uia a planta  
pedis usque ad verticem non fuit in eo  
sanitas. **I**n anima maximam tristitia-  
m. **U**n deus dixit: **T**ristis est anima mea  
usque ad mortem. **T**ertio a quibus pa-  
titur? **R**espondeo a principibus sacer-  
dotum et ministris et popularibus et a  
iudicibus et a gentilibus. **P**s. **Q**uare fremu-  
erunt gentes: et populi meditati sunt in-  
ania. **A**stiterunt etc. **Q**uarto quare pa-  
titur? **R**espondeo propter peccata nostra  
et salutem nostram. **E**sa. liij. **P**ropter scelus  
populi mei percussit eum. **Q**uinto  
quid coegit eum? **R**espondeo maxima  
charitas. **A**poc. i. **D**ilexit nos et lauit  
nos a peccatis nostris in sanguine suo  
**R**oma. v. **C**omendat deus suam cha-  
ritatem in nobis: quoniam cum inimici esse-  
mus christus pro nobis passus est et mor-  
tuus iustus pro iniustis. **P**assus sub pon-  
tio pilato. **N**otandum quod christus pas-  
sus est sub vno pilato: nunc autem in mebris  
suis patitur a multis pilatis. **M**atth. xxv.  
**Q**uod vni ex ministris meis fecisti mihi fe-  
cisti. **E**t ideo charissime si iniuriose pa-  
teris a iudice iniquo noli murmurare.  
**S**ed memeto dominum iesum christum passum  
sub pontio pilato. **I**tem si es et habes  
platum corruptum hinc inde in iusticia: sis  
patiens: quia ipse est tuus pilatus? **S**i mulier  
es et habes virum furiosum te percutientem  
sis patiens: quia ipse est tuus pilatus? **S**i  
fuit es et habes dominum ipsum et crudeliter te mole-  
stantem non mireris: quia ipse est tuus pilatus? et sic  
de alijs. **E**t omnes isti predicti debent esse patien-  
tes: quia pro his tribulationibus ha-  
bituri sunt magnum premium in celo.  
**M**atth. v. **B**eati estis cum maledixe-  
rint vobis homines et persecuti vos

## De symbolo apostolorum XXII

fuerint et dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis. Item sciendum quod pontius est cognomen ab insula ponti nominatum; sed pilatus est proprius et erat gentilis et indignus pane. Quia secundum Augustinum. Peccator non est dignus pane quo vescitur. A quo malo homine christus ad mortem sententiatus et iudicatus est. Item sciendum quod Vincentius in speculo historiali dicit. Quod pilatus accusatus est in multis a vitellio preside syrie. Et primo de morte omnium innocentium quos occiderat et quod imagines gentilium ponebat in templo. Item quod pecuniam positam in corbonam redigebat in suos usus inde faciens aqueductum in domum suam. Pro his missus est in exilium et ibi in multas incidens calamitates se propria manu interemit.

De quinto articulo.

**D**escendit ad inferna. Item quantum articulum scribit beatus philippus apostolus. Circa quem articulum primo queritur quo tempore vel qua hora christus ad inferna descendit. Respondeo secundum sanctum Thomam quod statim quando anima christi fuit a corpore separata; tunc anima christi deitate unita descendit ad limbum patrum et mansit ibi ab hora mortis christi que fuit hora sexte ferie nona usque ad horam resurrectionis et hoc fuit tempus xl. horarum. Quia diluculo diei dominice surrexit in eadem hora resurrectionis eduxit eos de limbo. Item sciendum quod anima christi separata fuit a corpore sed deitas mansit cum anima ad inferna descendente; et etiam cum corpore in sepulcro iacente. Item sciendum quod ante christi passionem fuerunt quatuor receptacula animarum. Primus

locus fuit infernus damnatorum; in quo est pena sensus et pena damni. id est carentia visionis dei. Ac etiam ibi sunt tenebre exteriores et interiores. id est carentia gratie et carentia glorie. Ad hunc locum christus non descendit; nec ab illo aliquem liberavit. Ratio quod christi passio nulli prodest nisi sit eius membra vel fiat per conversionem. Sed illi in inferno non fuerunt membra christi nec poterant fieri quia fuerunt extra statum merendi; quod nec in illo loco est redemptio. nec pro eis est orandum. Unde beatus Augustinus. Si scires patrem meum in inferno non plus orare pro eo quam pro diabolo. Secundus locus est limbus puerorum. id est illorum infantium in peccato originali decedentium. qui limbus est super infernum et ibi est pena damni. id est carentia visionis diuine. et non pena sensus id est sensibilis pena non est ibi. Et sunt ibi tenebre exteriores et interiores. id est carentia gratie et glorie. Ad illum locum christus etiam non descendit nec ab eo aliquem liberavit. Ratio huiusmodi quod illi pueri non fuerunt capaces gratie christi. nec satisfactio christi poterat illis suffragari neque ad eos extendi. Quia ad illos solum extendit quod eius membra efficiunt per fidem vel aliquod fidei sacramentum. Sed neutrum illi poterant habere. Tertius locus est purgatorium. et est super limbum puerorum. et ibi est pena damni et sensus ad tempus determinatum et finitum. Et sunt ibi tantum tenebre exteriores quia gratiam habent. Ibi est ignis corporalis in quo anime illorum qui in hac vita penitentiam suam non impleuerunt affliguntur usque ad satisfactionem condignam. Queritur utrum illi qui fuerunt in purgatorio liberati sint quando christus descendit ad limbum patrum. Respondeo quod non; sed solum illi qui tunc fuerunt purgati sufficienter. Vel meruerunt hoc quod illo



tempore scilicet in descensu christi liberari debuissent. Ratio est quia passio christi non habuit temporalem virtutem et transitoriam sed sempiternam. Sed pena purgatorij est transitoria et temporalis et ideo qui fuerunt tales quales nunc sunt qui in purgatorio detinentur non fuerunt a purgatorio liberati per descensum christi ad inferos. Sed solum illi qui tunc purgati fuerunt vel alias liberati fuerunt. Quartus locus et superius est limbus sanctorum patrum ubi fuit pena damni id est carceris visionis diuine et non pena sensus. Et erant ibi pene exteriores sed non interiores quia omnes isti in gratia fuerunt. Et ad istum christus descendit et fregit et sanctos patres inde eduxit. Ex isto articulo habemus duo documenta. Primum quod debemus habere spes de deo quia si illos qui fuerunt in limbo visitauit quilibet nostrum potest considerare quod nos in tribulationibus nostris non derelinquat. Secundum documentum est quod debemus animabus proximorum nostrorum bene uenire. Si enim christus descendit ad inferos ut suos liberaret. Et nos exemplo christi debemus bene uenire animabus per suffragia. Unde ipsi clamant ad nos. Job xix. Misere mei miseremini mei saltem vos amici mei.

De sexto articulo.

**Q**uarta die resurrexit a mortuis. Hunc sextum articulum descripsit sanctus Thomas apostolus et conuenienter scripsit istum articulum quia in eo prius dubitauerat et de eo plene certificatus fuit. Sicut habet Job xx. Ubi christus dixit Thomae. Infer digitum tuum huc et uide manus meas

et affer manum tuam et mitte in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis. Unde factus Thomas in. iij. parte. q. liij. ar. iij. dicit quod sanctus Thomas apostolus non solum uidit vulnera christi sed etiam tetigit. Item notandum secundum Henricum de firmaria. Sicut necessarium est nobis credere quod christus mortuus fuit ita necessarium est nobis credere quod resurrexerit quia hoc ualet ad subleuationem spei nostre quia membris datur spes a consideratione capitis. Quia si christus resurrexit et nos resurgemus. Surrexerat autem resurrectione perfecta que est ad vitam immortalem. Roman. vi. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Et.

De septimo articulo.

**A**scendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Hunc articulum posuit beatus Bartholomeus. Et necessarium est credere quod christus quadragesima die celos ascendit. Quia sicut credimus passionem et resurrectionem sic et ascensionem quia passio accendit nos ad charitatem resurrectione erigit ad fidem ascensio eleuat ad spem. Ubi considerandum est in isto articulo magnitudo virtutis dei quia ascendit in forma humana cum corpore et anima et cum utraque natura diuina et humana scilicet de morte oliueti qui distat a hierusalem per mille passus et presentibus apostolis et cum beatissima uirgine maria et alijs mulieribus que secute eum fuerunt a galilea. Et cum septuaginta duobus discipulis. Et uerisimile est quod non solum iam dicti presentes fuerunt in monte oliueti sed etiam multi alij discipuli christi occulti propter metum iudeorum ut Nicodemus Samael Joseph ab aramatia et plures uenerunt cum processione cum

apostolis aut alio modo ad montem oliueti vt viderent christum dñm suum ascendere in celum. Dicit enim magister historiariū q̄ facto p̄radio in die ascensionis cōgregauerūt se in monte sion christi discipuli: et ererūt cum p̄cessione in montem oliueti vt viderēt christum ascendere cum potentia magna. Item sciendū q̄ christus ascendit gaudenter. fm̄ illud ps̄. Ascendit deus in iubilatione. nec ipse solus gaudebat: sed et ipsi omnes qui fuerunt p̄sentes. Similiter angeli et omnes anime que ab eo delimbo liberate fuerunt. videlicet sanctorum patrum p̄phetarum patriarcharū sanctorū innoceniz. sancti Johānis baptiste: et illorum iustorum qui fuerūt mortui: vel purgati a resurrectione christi vsq̄ ad ascensionē eius. he anime singule cum christo ascēderunt et fuerunt in maxima iubilatione. Et hoc voluit signare ps̄. dicēs: Ascēdens in altum captiuam duxit captiuitatem. id est. illos qui fuerunt captiui in limbo inferni. **S**edet ad dexterā dei. **U**bi sciendū q̄ christus dicit se sedere ad dexteram dei omnipotentis. q̄ simul habent cum patre gloriā diuinitatis beatitudinē et iudiciariā potestatem. Quia fm̄ Job. damascenum **P**er dexterā intelligit gloria diuinitatis. Sed fm̄ Aug. **P**er dexterā beatitudo patris et iudiciaria potestas intelligitur. Nam fm̄ naturam diuinā christus cum patre habet omnia p̄dicta equaliter in eadē maiestate. quia nullus gradus ē in diuinis p̄sonis. videlicet q̄ vna p̄sona esset dignior alia. quia sunt per omnia equales et oīno eque p̄fecte atq̄ digne. Christus vero fm̄ humanā naturam: et fm̄ q̄ homo dicitur sedere ad dexteram patris. id ē in potioribus bonis p̄ omnib⁹ alijs san-

ctis. Transcendit enim corp⁹ christi sua dignitate. put ē vnitum deitati: nō solum omnē creaturam corpalem: s̄ etiā spūalem p̄ter animā suam. Ideo merito debetur ei locus altissimus et nobilissimus. Ideo dicit Greg⁹ in omel. ascensionis. qui fecit omnia sup̄ omnia virtute sua ferebatur.

**D**e octauo articulo.

**I**nde venturus ē iudicare vivos et mortuos. **I**stem articulum scribit beatus Matthe⁹ et merito. Quia quilibet christianus tenetur credere futurū iudiciū. quia est articulus fidei. **C**irca quem articulum querit primo de loco iudicij. **R**espondetur q̄ loc⁹ extremi iudicij ē vallis iosaphat. **U**nde Job. iij. Adducam omnes gētes in vallem iosaphat vbi disceptabo cum eis. non tamē putandum est q̄ christus ad vallē descēdat. et q̄ omnes iudicādos vallis illa recipiat. Sed christ⁹ erit in aere in loco eminenti vt ab omnib⁹ possit videri. **E**t circa eum erūt sancti circūquaq̄. et mali erunt in terra vndiq̄ circa locū iudicij. **S**ecundo q̄ritur cū quibus xp̄s veniet et ad locum iudicij vel ad iudiciū. **R**espondetur q̄ eum angelis et sanctis suis qui tūc erūt in celo. **U**nde Mat. xv. **C**ū venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cū eo. **T**ertio q̄ritur an fiet citatio. **R**espondet q̄ sic et hec fiet p̄ vocem tube que in aduentu iudicis ab omnib⁹ audiet. **J**ob. v. **V**enit hora in qua omnes qui in monumentis sūt audiet vocem filij dei. **E**t dicit magister. iij. sententiariū dis. xliij. **V**ox ista erit christi vel alicui⁹ angeli vel pluriū angeloz que ab omnib⁹ audiet. et virtute eius mortui de monumentis excitabūtur. **E**rit enim signū valde euidens et manifestum. **E**t ideo

vox illa dicitur tuba .ppter hoc qd erit  
valde apta. Et dicit nouissima .quia  
post illā nō erit alia. **Uñ** apłs. j. Cor  
xv. **Canet** enī tuba 7 mortui resurgēt  
in corrupti. Quā horribiliter autem h  
tuba sonat Hiero<sup>9</sup> inuit cū dicit. Cū  
dormiero siue vigilo siue aliquid fece  
ro semper illa vox nouissime tube so  
nat in aurib<sup>9</sup> meis. **Surgite** mortui 7  
venite ad iudicium. **Hec** vox vt dicit  
**Chryso.** audiet in celo. **Et** tunc vide  
bunt filiū hoīs vt ait lucas venietem  
in nubib<sup>9</sup> celi. **Illuc** veniet iohannes  
baptista cū oibus pphetis et patriar  
chis. **Janitor** celi petrus cū oib<sup>9</sup> apo  
stolis 7 euangelistis. **Stephanus** cū  
oibus qui suum innocentē sanguinē  
fuderunt p dño. **Nicolaus** 7 **Marti**  
**nus** cum oibus cōfessoribus. **Katheri**  
**na** cum oibus virginibus. **Elizabet**  
**h** cum oibus viduis. **Anna** cum oibus  
cōiugatis. **Regina** celi cum oibus sa  
cerdotib<sup>9</sup> et religiosis q̄ vsqz ad mor  
tem in eius obsequio pmanerūt. **Itē**  
vox huius tube audietur in inferno  
vt ait **Chryso.** **Et** tunc **Lucifer** satba  
nas. **asmodus** . **beelzebub** . veniet cuz  
omni exercitu infernoꝝ. **Item** audie  
tur vox tube per totum mundū ab ori  
ente vsqz ad occidentē . 7 resurgēt oēs  
pariter quoz corpora in terra quiene  
runt. **Veniet** illuc **Cayn** qui pprium  
fratrem suum occidit cuz oibus homi  
cidis. **Judas** cuz omnib<sup>9</sup> traditorib<sup>9</sup>  
**Pilatus** cum omnib<sup>9</sup> iniquis iudici  
bus. **Lamech** cum omnib<sup>9</sup> adulteris.  
**Ananias** 7 **saphyra** cum omnib<sup>9</sup> mo  
nachis pprietarijs. **Athalia** cum pue  
rorum necatricibus. **Et** pcedent qui  
bona fecerunt in eternam vitam. **Qui**  
vero mala egerunt in supplicium eter  
num. **Item** sciendum qd iste articulus  
debet nobis incutere timorem magnū

quia d omnibus reddituri sumus di  
strictam rationes. **Eccl̄s. xij.** **Luncta** q̄  
fiunt adducet dominus ad iudicium.  
**Nam** reddituri sumus rationem de  
cogitationibus nostris. **Unde** **Breg<sup>9</sup>**  
**Sic** deus cogitationes vniuscuiusqz  
considerat . et cūctos gressus dinume  
rat . vt nec minutissime cogitationes  
quę apud nos vsu viluerūt eius iudi  
cio indiscussa remaneant. **Sap. j.** **In**  
cogitationibus impij interrogatio erit  
**Item** de omnibus verbis. **Matt̄. xij**  
**De** omni verbo ocioso quod locuti fu  
erint homines rē. **Item** de omnibus  
operibus nostris quę gessimus in cor  
pore . scilicet de omni gressu . visu . tactu  
auditu . et sic de alijs. **Apostolus.** **Om**  
**nes** nos manifestari oportet ante tri  
bunal christi . vt referat vnusquisqz p  
ut gesserat in corpore suo . siue bonuz  
siue malum. **Itē** de rebus temporalibus  
quomodo lucrastis . quomodo  
possedistis . quomodo expendistis. **Itē**  
quilibet de officio et artificio suo . scilicet  
faber sutor sartor pistoz . et sic de alijs.  
**Similiter** officiales sicut magister ci  
uium . et sic de alijs. **Itē** quilibet d suo  
statu . siue in statu matrimoniali . siue  
viduali . siue i statu virginitatis . et sic  
de alijs.

#### De articulo nono.

**C**redo in spiritum sanctū. **Ex**  
peditis articulis specialiter re  
spicientibus psonas patris  
7 filij . nunc accedendū est ad eos q̄ ter  
tiam in trinitate respiciunt psonas . vi  
delicet spiritum sancti . **Et** istum articu  
lum describit **Jacobus** minor frater  
**Simonis** 7 **Jude.** **Et** merito quia q̄  
libet christianus tenetur credere hunc  
articulum . **Quia** sicut necessarium est  
ad salutem credere in patrem 7 i filium.  
**Ita** 7 in spiritum sanctum . quia ipse est

per omnia patri et filio equalis. quia est eiusdem essentiae cum patre et filio. **Er.** go de necessitate salutis tenetur quilibet christianus credere quod spiritus sanctus procedit a patre et filio. **In hoc** greci errant qui dicant quod solus a patre procedit et non a filio. quod est falsum et contra fidem. **Unde** canitur in symbolo. **Quia** a patre filioque procedit. **Unde** etiam ab apostolo spiritus filij nuncupatur. **Gal. iij.** **Misit** deus spiritus filij sui in corda vestra. **Si** ergo est spiritus filij; utique est a filio. **Et** ita planum est quod procedit ab eo. **Item** sciendum quod spiritus sanctus ab omnibus est deliderandus. **Quia** per ipsius viuificamur. **Job. vi.** **Spiritus** est qui viuificat. nam qui caret spiritu sancto mortuus est. nam sicut spiritus rationalis necessarius est corpori ut illud viuificet. **(Si** enim auferatur spiritus in puluerem reuertitur) **Eodem** modo spiritus sanctus se habet ad animam. **Unde** ps. **Auferes** spiritum eorum et deficient. **Item** necessarius est nobis spiritus sanctus. quia nisi per eum a malo liberamur; et bonum operamur. **Unde** **Aug.** in libro de gratia. **Desiderate** auxilium gratiae quam sola omnes liberamur a malo. sine qua nullus prius sine cogitando sine volendo et amando sine agendo facimus bonum.

**De** decimo articulo.

**S**anctam ecclesiam catholicam. **Hunc** articulum descripsit beatus Simon qui dicitur esse chanaanensis frater Jacobi minoris et consanguineus saluatoris. **Sciendum** quod ille articulus sic intelligitur. id est. credo in spiritum sanctum ecclesiam catholicam sanctificantem. **Item** sciendum quod ecclesia. id est congregatio fidelium et quilibet homo in gratia existens est membrum ecclesiae et christus est caput.

**Unde** **Ep. v.** **Vir** est caput mulieris. sicut christus est caput ecclesiae. **Et** illius corporis anima est spiritus sanctus. quia spiritus est qui viuificat. **Item** sciendum quod fides catholica est una. quod patet ex hoc. quia omnes christiani procedentes et sequentes unam habuerunt et habebunt fidem. **Et** dicitur li. ij. sententiarum. di. xxxv. **nam** procedentes christiani illa credebant futura quae nos credimus praeterita. ut puta ipsi credebant explicite vel implicite filium dei nasciturum passurum moriturum resurrecturum caelum ascensurum. haec omnia credimus iam facta. scilicet filium dei incarnatum passurum etc. **Bern.** **Multi** ante saluatoris aduentum deus omnipotentem timentes; et diligentes suae salutis gratissimum promissorem; credentes in promissione fidelis; sperantes certissimum redemptorem. in hac fide et expectatione saluati sunt. sed quando et quali et quod ordine salus repromissa fuerit ignorarent. **Igitur** ecclesia dicitur una extra quam nullus saluatur. et intra quam nullus damnatur. **Hoc** figuratum est in arca noe in qua omnes qui fuerunt saluabantur. et omnes qui extra eam fuerant submergebantur. **Igitur** periculosum est valde extra ecclesiam esse.

**Pre**scinditur autem quis ab ecclesia tripliciter. **Primo** propter quodcumque peccatum mortale. quia licet peccatores sint de ecclesia quantum ad numerum propter christianitatem signaculum et characterem quem in baptismo consecuti sunt. tamen non sunt viui quantum ad meritum. **Secundo** propter heresim. **Tertio** propter excommunicationem. **Qui** in aliquo praedictorum scienter mortuus esset non esset cum fidelibus sepeliendus. nec esset pro eo orandum; nec aliquid sacrificium offerendum. **Secundo** ecclesia dicitur sancta. **Hoc** dicitur

ad differentiã ecclesie malignantiuz  
q̄ non est sancta sed peruersa. ps̄. **O**di  
ui ecclesiam malignantium. Sed eccle  
sia catholica est sancta et pura. que qui  
dem sanctitas attribuitur ad similitudi  
nem ecclesie materialis que cum con  
secratur lauat et inungit. Sic fideles  
loti sunt in virtute illius aq̄ que exiit  
de latere ipsius xpi cuius virtute. s. pas  
sionis christi baptismus et alia sacramen  
ta virtutem habent. Item fideles xpi  
vngunt vntione sp̄iali. hec autẽ vn  
ctio est sp̄s sancti gratia. Simile est d̄  
hoie sicut de aere. i die eni semp̄ e cla  
ritas nisi superueniat nebula: sic i ani  
ma hominis semp̄ e gratia sp̄s sancti  
nisi ipsam expellat p̄ imundiciam pec  
cati. **D**edignatur eni sp̄s sanctus cũ  
imundicia habitare. Juxta illud. **Q**ue  
cõmunicatio lucis ad tenebras: **E**t di  
citur sancta quia deus eam inhabitat  
ps̄. **D**omine domũ tuam decet sancti  
tudo. **A**pl̄s. 1. **C**ol. iij. **R**escit qz tem  
plum dei estis. **A**nc. **T**emplum dei in  
ter vos e. **T**ertio dicitur catholica  
id est vniuersalis. **P**rimo quãtũ ad  
locum. quia per totum mundũ p̄dica  
tur. **R**oma. j. **F**ides vera annũciatur i  
vniuersa terra. ps̄. **I**n omnem terram  
exiit sonus eorum. **S**ecũdo quantũ  
ad sexus. quia nullus abijcitur siue sit  
iuuenis siue senex: siue masculus siue  
femina. **T**ertio quãtũ ad tempus. qz  
omnes fideles qui fuerũt a principio  
abel iusti et qui vsqz ad finem mundi  
erunt: hos continet ecclesia et durabit  
ipsa etiam vsqz ad finem mũdi. **Q**uia  
regnum ecclesie est firmissimũ. ex quo  
non est subuersum per tyrannos. s. ne  
ronem dioclecianũ arrianum iulianũ  
qui fortissime impugnaverũt ecclesiam  
et conati sunt eam exterminare. **S**ed  
quãto illos fideles martyricauerunt.

tanto plus multiplicati sunt. sicut filij  
israel a pharaone oppressi pl̄ fuerũt  
multiplicati. **E**xo. j. **I**mo nec antichri  
stus p̄ualebit cõtra eas. scilicet eã ex  
toto exterminando. **A**nc. **M**at. xxvij.  
**E**cce ego vobiscum sum vsqz ad con  
sumationem seculi. sed post cõsumati  
onem tũc remanebit in celo. **S**i iam  
ecclesia sancta diuisa est in tres. **U**na  
est in mundo. alia in purgatorio. ter  
tia in celo. et hoc designatur in diuisio  
ne hostie que in tres partes diuiditur  
in missis sacerdotum.

**D**e vndecimo articulo.

**S**anctorum cõmunionẽ remissio  
tionẽ peccatorum. **H**unc ar  
ticulum s̄m **H**enricum d̄ fir  
maria posuit **J**udas tadeus frater si  
monis et iacobi. **P**ro quo scienduz qz  
sanctorum cõmunicatio est bonorum sp̄i  
tualium per sanctos acquiritorum con  
gregatio. **U**nde inter alia que sũt no  
bis credenda etiam specialiter est credẽ  
da cõmunicatio sanctorum in ecclesia  
nam omnes peccatores existentes sine  
peccato mortali participes sũt omnium  
bonorum que fiunt in ecclesia per quod  
libet membrum ecclesie. **S**icut si cande  
la accedatur p̄ aliquo specialiter: om  
nes qui cum illo sunt beneficiũ cande  
le p̄cipiunt. nisi in visu impediatur  
scilicet obstaculo peccati mortalis qd̄  
obtenebrat intellectum et inficit affe  
ctum. **J**uxta illud ps̄. **P**articipẽ me  
fac deus omnium timentium te. **R**atio au  
tem quare cõmunia sunt bona ecclesie  
est charitas et vnitas fidelium. **Q**uia  
charitas nõ querit que sua sunt: sed  
qd̄ vtile e et bonum multis. **I**deo ipsa  
e distributrix bonorum que fiunt i ecclesia  
**B**onorum ecclesie in singula membra  
corporis christi mystici distribuatur:  
põt declarari p̄ tria exẽpla. **P**rimuz e

in hōie cū cibis bene fuerit indigestus dirigat ad singula mēbra sana. Scd̄z exemplū ē in arbore in qua humor per radicez attractus diuidit̄ p̄ singulos ei⁹ ramos saltē non aridos. Tertiu⁹ exemplū ē in fonte emanāte q̄ diuidit̄ ī multos riuulos non obstructos. Qñ aut̄ ab hōie aliq̄d membrū vel ab arbore aliq̄s ramus reputat̄: ad illuz nō mittit̄ nutrimentuz: sic qñ ab ecclia aliq̄s p̄scindit̄ p̄ heresim aut inobedientia aut excommunicationē seu charitatē amissionē: tūc p̄uat̄ sanctorū cōmunionē ⁊ bonoz ecclie p̄ticipatiōē. Et h̄ q̄libet xp̄ianoꝝ debet ab hōiere et fugere: q̄ sic abscisus ē ī statu dānationis: ⁊ oīaz bonoz ecclie p̄uat̄. Sūt aut̄ tria p̄sidia inter alia q̄ a sanctorū cōmunionē pueniūt: s̄ indulgētia p̄latorū: p̄ces sanctorū: et suffragia mortuoz. Cū sciendū q̄ indulgētie veniunt de thesauro ecclie ⁊ sanctorū cōmunionē. Hūc thesaurū habet dispēnsare p̄lati ecclie plus ⁊ min⁹ huic ⁊ illi dādo s̄m causaz rationabilē. Quatuor tñ requirunt̄ ad h̄ q̄ indulgētie valeāt s̄m sanctū Lco. sup. iij. di. xx. Duo ex pte dantis ⁊ duo ex pte suscipiētis. Ex pte dantis req̄rit̄ auctoritas ⁊ causa rationabilis: scz utilitas ecclie: s̄m salūtica. Ex pte suscipiētis etiā duo: s̄ vt sit cōtritus ⁊ cōfessus ⁊ faciat illud p̄ q̄ indulgentia est data. ¶ Quo ad sc̄dam p̄tē articuli scz remissionē peccatorū ē tenendū q̄ omne peccatuz siue sit actinale siue originale ī ecclia p̄t remediari ⁊ mederi. Nā p̄ baptismuz tollit̄ omne peccatū in baptigato non fictē accedēte: siue hic q̄ rite baptigat̄ sit adultus siue puulus. Post baptis̄mū autē quotiēcūqz quis lapsus fuerit in peccatū siue sit mortale siue veniale poterit p̄ veram p̄nitentiā repa-

rari. Ergo firmiter quilibet credere debet q̄ ī ecclia catholica ē remissio omnium peccatorū ⁊ in nulla alia secta: qz extra eccliam non ē salus. Et p̄tra istū articulū faciūt hōies desperati q̄ p̄t magnitudinez vel multitudinē peccatorū desperant qd̄ ē maximū peccatū. Unde Iud. de sūmo bono. Desperatio ē peior omni peccato. Unde etiaz Aug⁹ sup̄ Jobem. De nemine desperandū est dum ē in hac vita: soluz enī desperatiōis crimē est qd̄ mederi nō pōt. Ergo credere debem⁹ remissionē peccatorū. ¶ De duodecimo articulo.

**C**arnis resurrectionē: ⁊ vitam eternā. amē. Hunc articuluz ponit beatus Mattheus ap̄ls. vbi duo tāgit. Primo generalem resurrectionē: vbi dicit: carnis resurrectiōē. Scd̄o eternā gl̄iam: dicens: vitam eternam. Circa p̄mū notandū q̄ omnes homines simul resurgent ī nouissimo die. Unde Job. v. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sūt audient vocem filij dei: ⁊ qui audierint viuent. Item ap̄ls. j. ad Cor. xv. Omnes q̄dem resurgent. Cū credenduz est omni christiano q̄ quilibet hō idēz ī numero resurget cum eodez corpore ī quo iam vixit. Unde Job. xix. Rursum circumdator pelle mea: ⁊ in carne mea videto deū saluatore meū quem visurus sum ego ipse ⁊ nō alij. Ad tenendū idēptitatez p̄prij corporis. Quis enī corpus ī cinere ⁊ ī puluerem redactū sit: tñ oīa ista que spectāt ad cōplementū corporis redibūt: ⁊ idem corpus resurget. Et eadē aīa illius hominis hoc idēz corpus sibi assumet et ei cōiunget. Hoc p̄t qz si hō qui meruit debeat p̄miari vt iustū est: necesse ē vt idē corpus ⁊ eadē aīa ī resurrectione iterū p̄iungant̄ q̄ p̄s fuerūt simul

cōiuncta dñi vincerent añ mortē. **Q**uāz  
si aīa aliud corpus assumeret nō esset  
resurrectio: s̄ noui corp̄is assumptio.  
Et hoc ptz q̄ idē corpus ī numero cu-  
inlibet electi qd̄ nūc est grossū: morta-  
le corruptibile defectuosū obscurum  
passibile 7 graue: hoc erit in resurrecti-  
one īmortale subtile incorruptibile si-  
ne defectu 7 clarū impassibile 7 agile.  
Et dico notāter cuiuslibet electi. quia  
corp̄ora reproborū erunt valde passibi-  
lia grossa ponderosa 7 obscura. **S**z q̄-  
reret q̄s de etate resurgentū 7 q̄titate  
Respondet oēs in eadē etate resurgēt  
sicut xp̄i qui fuit. xxxij. annoz 7 q̄si di-  
midij. Sic in eadē etate omnes resur-  
gemus tam senes q̄ iuuenes. Et ī illa  
quātitate statuere resurget vnusq̄sq̄  
quā tūc habuit vel habuisset si ad di-  
ctam etatem puenit vel puenisset sine  
impedimēto sui status. **U**n̄ apl̄us ad  
Ep̄b. iij. Donec occurrā in virū p-  
fectum in mēsurā etatis plenitudinis  
christi. **Q**uātū ad sc̄das ptem istū  
articuli vbi dicit: Vita eterna. Scien-  
dū q̄ quilibet homo debet credere vi-  
tam eternam q̄ vita ipse de⁹ est. Job.  
xiiij. Ego sum via veritas et vita. Et  
ideo aīa q̄ semp erit cōiuncta deo semp  
habet vitā eternā. Et nota q̄ vita  
eterna oīb⁹ bonis abundat. Et ideo ē  
finis oīuz desideriorū nr̄oz. **N**ā ī vi-  
ta etna sensus delectabilis intellect⁹ illu-  
minabilis. affect⁹ q̄etabilis. appetit⁹ sati-  
abilis. **U**n̄ Aug⁹ li. ij. d̄ ciui. dei. **C**ha-  
re illā vitāz āplecti debuisti vbi ē vita  
sine morte. lux sine tenebris. iuuetus si-  
ne senectute. pax sine discordia. volū-  
tas sine iniuria. regnū sine cōmutatio-  
ne: qz nō amittit. **U**n̄ Job. xvj. **G**au-  
dium vestrū nemo tollet a vobis. Et  
tam excellens ē illud gaudiū: 7 tā mul-  
ta sunt ibi bona q̄ de singulis dicere q̄

ibi erūt defecit human⁹ intellect⁹. nō  
solū human⁹: s̄ etiā angelicus. Ap̄lo  
attestante q̄ ait. j. Cor. ij. **Q**d nec oculo  
vidit: nec auris audivit: nec in cor-  
hoīs ascendit q̄ p̄parauit de⁹ his qui  
diligunt illuz. **U**n̄ etiā ps̄. **Q**m̄ mille  
anni añ oculos tuos sic dies hesterni  
q̄ p̄terijt. Ad quā vitā nos pducatur  
Iesus christus marie filius qui sine fine  
vixit 7 regnat. Amen.

**I**ncipit tractat⁹ de septē sacramēt.

**S**acramēta **A**  
sūt septē q̄ deus instituit  
7 ī quolibet sacramēto da-  
tur gr̄a digne recipiēti ipsū sacra-  
mentum. **Q**uerit q̄ sunt sacramēta necessi-  
tatis: **R**ñdeo fm̄ Raymūdū. q̄ q̄nq̄  
Baptismus. cōfirmatio. eucharistia.  
penitētia. 7 extrema vnctio. et dicunt  
necessitatis: qz sunt in p̄cepto et tenet  
quilibet ad ea suscipiēda p̄ loco 7 tpe.  
Reliqua duo sūt sacramēta volūtātē  
scz ordo 7 matrimoniū. **Q**uerit vtrū  
sacramēta debeāt peccatoribus dari:  
**R**ñdeo fm̄ Raymūdū. p̄pter ocula  
ta peccata nō possunt sacramēta vene-  
gari alicui nisi per amonitiones secre-  
tam in speciali vel publicā factas ī ge-  
nerali. vt ptz de cōse. di. ij. nō p̄hibeat  
Existens autē in peccato mortali siue  
oculto siue manifesto mortaliter pec-  
cat recipiendo. vt patet di. xl. multi. et  
xcv. illud. xj. q. iij. audi. **S**imilit̄ et mi-  
nistrans sacramenta in peccato morta-  
li peccat mortaliter. **Q**uerit vtrū pos-  
sint iterari sacramēta: **R**ñdeo. tria sa-  
cramēta nō possunt iterari. scz baptis-  
mus 7 cōfirmatio 7 ordo: qz in collati-  
one cuiuslibet triū p̄dictorū imprim̄it  
character aīe: q̄ etiā p̄ mortē nō pōt ab  
aīa separari. **U**n̄ si q̄s resuscitaret non  
eēt baptizandus nec cōfirmandus nec